Quelle: https://manuscripta.at/?ID=991
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

tates desertas. et habitabunt
in eis Et plantabunt vineas
et habebunt vinum earum: et facient
ortos et comedent fructus eorum
Et plantabo eos ultra super
humum suam. et non evellam eos
ultra de terra sua quam dedi eis
Dicit dnus omnipotens Gr. Quis sicut
dnus deus nr qui in altis habitat
et humilia respicit in celo et in terra
V. Suscitans a terra inopem et
de stercore erigens pauperem Sine
genuflexione dicitur Dominus
vobiscum. Oremus Collecta
Deus qui dne familie supplicanti ut du a cibis cor
poralibus se abstinet a vi
tiis mente ieunet Pl. li. esdre.
In diebus illis. congregatus
est omis pplus quasi vir unus
ad plateam que est ante portam
aquarum: et dixerunt esdre scri
be ut afferret librum legis
moysi que preceperat dns is
raheli Attulit ergo esdras
sacerdos legem coram multitudi
ne viros et mulieres. omnisque
qui poterat intelligere in
die prima mensis septimi:
et legit in eo apte in platea
que erat ante portam aquarum
a mane usque ad meridiem
in conspectu virorum et mulierum
et sapientium Et aures omnis
pplii erant erecte ad librum Et
stat autem esdras scriba super gra
dum ligneum quem fecerat sibi
ad loquendum: et steterunt iuxta
eum Et aperuit esdras librum
coram omni pplo Et benedixit
esdras dno deo magno: et
rndit omis pplus amen Elevans
autem omis pplus manus suas:
incurvati sunt et adoraverunt
prone in terram Porro leuite
silencium faciebant in pplo ad
audiendam legem: pplus
autem stabat in gradu suo.
Et legerunt in libro legis dei
distincte: et aperte ad intelli
gendum Dixit autem nehemias
sacerdos Scribe et leuite. di
es sanctificatus est dno deo nro:
nolite lugere nolite flere.
Et dixit eis Ite et comedite
pinguia et bibite mulsum:
et mittite partes eis qui non par
averunt sibi. qa sanctus dnis
est: et nolite contristari Gau
dium enim dni est fortitudo
nra Gr. Tribulationes cordis
Nulla te. Kyrieleison S. marci
cum se turba dixit ad ihm
Magr: attuli filium meum ad te
habentem spm mutum: qui ubi
cumque apprehenderit eum allidit
eum et spumat. et stridet
dentibus et arescit Et dixi dis
cipulis tuis ut eicerent illum:
et non potuerunt Et rndens